adesse incendium illud videtur, quo Or mortem sibi inferant. Quamquam prae priusquam morerentur, ad Hermionem inde de facibus mutabatur, quae nihilon dae, quia parum succedere illud neg potuit. Qua significatione facium per illud οὐδ' ἀφίσταται φόνου proferunt. moritura est, parvi penditur ab eis qua adjuverant (1313). Ceterum hanc esse

tentiam de facibus quas cernunt et de nece quam dicunt, evadit ex dictis quae addunt eaedem

ἔπεσε μέλαθρα τάδε δι' αἱμάτων. 1547

„Cecidit, inquunt, domus ista sanguine multorum effuso“: tunc scilicet ceciderit, ubi sanguis ultimorum Tantalidarum effusus erit, Orestis imprimis (*στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες* J. T. 57) et Electrae. Hunc malum eventum, quem futurum jam certa auspicia i. e. faces significabant, animo praesagiens tamquam perfectum, chorus deum memorat qui ad eum qui placuit finem res semper adducat

τέλος ἔχει βροτοῖς θεός, (Weil pro *δαίμων*) 1545
τέλος ὅπα θέλει,

quorum verborum sententia haec est „nunc perniciem quam potens ille deus voluerit evenisse,“ nequaquam vero haec „nunc bonam salutem non eventuram esse nisi deo ipso volente“: omnia enim propter Myrtili scelestam mortem

διὰ τὸ Μυρτίλου πέσημ' ἐκ δίφρου 1548

ita evenisse chorus censet, ex quo argumento vera sententia atque interpretatio totius cantici nobis patefacta est. Causam enim aliquam chorus profert ex qua m a l a eveniant necesse est 1548 *Μυρτίλου πέσημα*: ergo supra de malis cogitat, ubi de fine necessario, cuius mala illa causa fuerit, loquitur, *τέλος ἔχει θεὸς ὅπα θέλει, μεγάλα δέ τις ἁ δύναμις κτλ.*, neque de bono fine cogitare potest — eius sane causa non fuerit Myrtili casus scelestus — malus autem hoc loco eventus est si Orestes et Electra pereunt: ergo de horum morte vocem *φόνος*, 1544 *οὐδ' ἀφίστανται φόνου*, dictam esse opus est. Morituros se esse exspectaverant domo incensa: ergo incendium quod faces minitabantur, f u n u s eorum significat. Hic unus sententiarum nexus in hoc carmine perspiciendus est.

Nihilominus H e r m i o n a e mortem putari a commentatoribus videbamus. Atque suo jure illi putabant, siquidem scaena 1506—36 canticum praecedit. Ex scaena ista omnes, obliti illud moriendi genus antea memoratum, mortem, si omnino moriendum sit, exspectant viri armis fortiter pugnantis 1531 sqq.; deinde ex eiusdem scaenae et hilaritate 1506—29 et audacibus Orestis dictis factisque spes eventus melioris jam chorum et spectatores adeo tenet, ut eo adducti sint, ut gravitatem ac severitatem cantici eius quod sequitur intellegant minorem: quibus de causis nos, audientes vocem *φόνος* 1544,

de eis qui et ex superiore fabula et ex ipsius ca
imprimis putandi fuerunt non cogitamus. sed
ea cuius mortem, cur subito chorus tanti fa
intellegimus. Causa vero erroris in eo est, q
scaenae succedit quae et hilaritatem majorem
Orestis novas reddiderat.

Jam cum ex interpretatione cantici duas re
gravissimas, eo loco, quem nunc canticum ten
verba esse 1537—40, 2) vocem φόνος 1544
chori parum perspici, ad eam quaestionem fac
tamur, quam ab initio huius capitis posceba
accommodatumne canticum videatur narrationi
est ad v. 1502?

Si hanc narrationem subsequuntur voces
ἕτερον εἰς ἀγῶνα . . δόμος . . πίτν
propter illud discrimen ortum ex impetu ab O
nam tentato discessuque eiusdem divinitus effec
videntur. Hoc mulieres, cum quaerant ἀγγέλλ
τάδε; ἢ σῖγ᾽ ἔχωμεν, tacentes melius sibi consule
ἀσφαλέστερον φίλαι: recte eae quidem, quonian
danorum didicit quod ipsae noverunt; eae autem
adjuverant, periclitentur, si quis ultor Helen
sit; jam vero in Menelaum animi conversi sun
tius in fine orationis mentionem fecerat 1500.
πάθεα Μενέλαος ἀνασχόμενος . . ἔλαβε τὸν Ἑλένα
simul facium splendor diffunditur in scaena et
faces, quid sibi velint, mulieres non ignoran
periculo amici versantur, οὐδ᾽ ἀφίσταται φόνοι
calamitatum et novarum et pristinarum muliere
repetunt illa quorum causa Myrtilus fuerit, scelest

Apparet rem ne minimam quidem impugn
canticum narrationi Phrygis succedat; immo q
rius reddatur loco, quem in textu canticum oc
cere loco mutato: σῖγ᾽ ἔχωμεν, ἀσφαλέστερον,
severitatem. Num haec casu facta esse possun
omni dubio remotum est quin suus cantico l
si narrationi Phrygis adjungatur?

Quae si recte exposita sunt, argumento
1506—36 locum in fabula nostra qui no

obtinere. Supra vero (in cap. A) eandem cum reliqua fabula comparatam multiplici contradictione laborare explicatum est. Quarum rerum duplici testimonio demonstratum esse mihi videtur, alienam ab ipsa fabula esse scaenam illam atque incommode in fabulam insertam.

C.

Postquam scaenam 1506—36 interpolatam esse docuimus, pauca de ea parte tragoediae inde scaena remota est explicanda supersunt.

Primum haec nunc illucent

1) Rebus quae intus gestae erant narratis Phryx de scaena aufugit (v. 1502), ut ad Menelaum perveniat, quod versus 1558 luculenter probat

2) ab hoc Menelaus certior factus (1559), ut Hermionem filiam conservet, domum Orestis revertitur: ipse de adventu suo inopinato prooemium habeat necesse est 1554 sqq.

3) Orestes tandem eo modo, quo secundum versus 1196, 1347, 1492—4 omnes inter se consentientes, exspectandus est, prodit, scilicet Hermionem comminatus 1575.

Deinde nostrum quidem non est ut quaeramus, unde scaena ista provenerit; quam non ad eum finem ut huc insereretur fictam esse, sed ex certa fabula atque rerum serie quadam sublatam, memoravisse sufficiat. Condiciones quae aliae scaenae subsunt has fere inveniebamus

1) ne Helena divinitus tollatur neve prodigium usu veniat, re vera caeditur Helena

2) utrimque certamen, et a Menelao et ab Oreste, paratur; ab illo, cum auxilium Argivorum petat. Itaque infirmior Menelaus ille videtur quam apud Euripidem, qui cum regia servorum caterva satis ornatum eum monstret (1561, 348 sqq.)

3) Argivi participes rerum, quae inter Menelaum et Orestem geruntur, putandi sunt; sin minus putentur, eorum mentiones, quae per totam scaenam fiunt, non intellegantur

4) Orestes id agere ut contra Menelaum se defendat potius quam ut, satis defensus, suae saluti per illum impetrandae studeat

5) eunuchi persona scriptor fabulae illius utitur 1528, cum in hac re Euripides non moretur.

Nostra autem interest cognoscere,
fabulam Euripideam devenerit. De q
multa inquiramus. Maxime idonea ha
quam excitat, ad animos spectatorun
curare non interfuit nisi eorum qui tra
dabant, histrionum. Quamobrem, si
tiones quae ad usum scaenicum confic
fatione praemonuimus, hanc scaenam
interpolatam esse verisimillimum est.

Restat ut de versibus 1503. 4. 5

καὶ μὴν ἀμείβει καινὸν ἐκ καιν
ξιφηφόρον γὰρ εἰσορῶ πρὸ δωμ
βαίνοντ' Ὀρέστην ἐπτοημένῳ πε

Qui versus scaenā quae sequitur
spicias vero vv. 1549—53 (solos, si s
est, trochaicos), quibus Menelaus annu
kius spurium arbitratur 1550, in cet
moneam

1) 1552 notandus est usus vocis
a poetis tragicis Atridae una dicuntur
Menelausque, interdum etiam singuli,
Aj. 1349. Recentior est usus huius n
nepotibus quoque usurpandi, e. g. ap
(*ὑποθέσεις*) fabularum scripserunt. N
nibus Atridarum nomen nepotibus q
tragicis inditur, at non nisi cum acum
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν κακῶν ἔκ
uni de gente praeclarissima illa sup
Cho. 407 *ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοίπ' ἀμη*
v. 1538 *φοβερὸν ἀμφὶ τοὺς Ἀτρείδας*
sentitur. Alia exempla non inveni.
ipsis nominibus, velut hic pro Oresti
Weilius lepidissime explicat „*Ἀτρεῖδ*
son cousin") sine causa dici praeferat
laris est. Contra merus usus tragic
Ἀτρεῖδαι καὶ τέκνα.

2) *εὐτυχῶν ἀνήρ*, in eodem versu,
praesertim si dicitur a choro qui mod
ruinas domus Atridarum cecinerat.

3) sententia omnis versuum 1552. 53 δεινὸν εὐτυχῶν ἀνὴρ πρὸς κακῶς πράσσοντας et vilissima est et ex J. T. 352. 3 vel quolibet loco simili depravata esse videtur

οἱ δυστυχεῖς γὰρ τοῖσιν εὐτυχεστέροις
αὐτοὶ κακῶς πράξαντες οὐ φρονοῦσιν εὖ,

quae illic sententia dicitur jam nota (351 καὶ τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἦν ἀληθές, ᾐσθόμην), atque omnino vera approbanda est; versuum autem 1552. 53 perversitatem ab Euripide dictam esse persuaderi mihi non potest.

Propter haec versuum 1549—53 vitia creberrima jam idem versus ipsi removendi, retinendi autem 1503—5 esse videntur, qui Menelaum annuntiant uno nomine mutato βαίνοντ᾽ Ἀτρείδην (pro Ὀρέστην) ἐπτοημένῳ ποδί 1505. Profecto „pes anxius“ multo magis Menelaum auxilio filiae accurrentem decet quam Orestem quendam servos persecutum.

Quae cum ita sint Euripidem partem eam de qua egimus tragoediae nostrae hoc ordine administrasse censeo

narratio Phrygis usque ad v.	1502
chori canticum	1537—48
„ verba quae Menelaum annuntiant	1503—05
Menelaus ipse	1554 sqq.

Altera pars.

De versibus 1618. 19. 20.

A.

1) Differt a ceteris tragoediis quas novimus Orestes etiam in eo quod, priusquam deus ex machina v. 1625 apparet, finis eius rei agendae quam poeta demonstrabat nondum adductus est, scilicet capitalis periculi Orestis et Electrae. En ab altera parte Orestem domum patriam incendi jubentem 1618—20, ipsum Hermionem jam jamque gladio mactaturum, ab altera Menelaum auxilium clamitantem 1621—24; hic cum ex duabus rebus — ut aut pro Oreste intercederet aut filiam amitteret — alteram sibi eligere jussus esset, neutram voluisse videtur, sed tentasse si filiam celeri impetu faciendo tamen servare posset, etiamsi morem non gessisset Oresti: profecto

nemo internoscit quousque vita Ore
machina deus finem facit. „*Une in*
point d'issue" hoc optime dicto V
turbas expressit; atque jure, dummo
tales turbas, ad Euripidem quoque
Antiphanes comoediarum scriptor po
objurgat (Ant.[1]) frg. 191 v. 13 sqq.

. . ὅταν μηθὲν δύνωντ' εἰ
κομιδῇ δ' ἀπειρήκωσιν ἐν τ
αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον

Miranda haec imprimis de Eu
in earum fabularum numero fuisse
species tragicae artis Aristoteles jud
libro de poetica ex Oreste testimoni
et 25 et 17); contra confirmari hac
Aristotele defensam de „nodo ant
vendo," neque actionem non perf
ὅλη καὶ τελεία non sit) reperiri exs
legem poetis imponendam censeamu
ductam esse necesse est. Quare op
videtur ut ea pars tragoediae nostra
diximus secum tulerit, denuo repu
1600 ad 1624.

Verba Menelai cum Oreste alt
sqq.) haec sunt

ὦ τλῆμον Ἑλένη
σοὶ (sc. Oresti, ad quem verba
ἐκ Φρυγῶν,
πόνους πονήσας μυρίους.
πέπονθα δεινά.

Rursus ad Orestem conversus addit
ἔχεις με. Dein Orestes: σαυτὸν

---

[1]) Kock, Comic. Att. frg. II pag. 90

[2]) Poet. c. 15 φανερὸν ὅτι καὶ τ
αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, κ
ἀπὸ μηχανῆς . . . ἀλλὰ μηχανῇ χρη
ματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν . . ἢ ὅσ
ρεύσεως.

Jam vero pergit Orestes, quamquam ille resistere desierat:

ἀλλ' εἶ' ὕφαπτε δώματ', Ἠλέκτρα, τάδε,
σύ τ' ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν σαφέστατε
Πυλάδη, κάταιθε γεῖσα τειχέων τάδε,

praeter omnium opinionem haec Orestes; immo post v. 1617 exspectamus de pace constituenda eum verba esse facturum, i. e. verba plane contraria atque ea quae facit v. 1618 sqq.: hoc loco aut Menelaum denuo resistere coepisse opus est, aut Orestes, nisi ille coeperit, ita pergere non potest. Quamobrem Hermannus in editione quam curavit inter versus 1617 et 18 lacunam reliquit, et adnotavit „si nihil aliud dicit Menelaus quam ἔχεις με, profecto Orestes relapsus in pristinam insaniam videatur qui domum incendi eo ipso momento jubeat, quo se captum teneri fassus Menelaus victas manus praebiturus atque ut filiam periculo eripiat intercessurus pro Oreste et Electra videtur. Quod adeo absurdum est, ut non dubitandum putem, quin exciderit Menelai versus tali fere sententia

ἀλλ' οὐχὶ φεύγεις σύ τε κασιγνήτη τε σή.

Itaque lacunam indicavi."

Recentiores editores textum rursus ut traditus est praebent, securi complures, impugnans autem Hermannum unus Hartungius[1]); cuius refutatio — quam quidem dicebat — afferenda hoc loco est propterea, quod ipsa clarum reddit, quam recte judicaverit Hermannus. Orestem Hartungius dicit respondere haec: (1615) merito Menelaum frustra labores innumerabiles perpessum esse, πόνους πονήσας μυρίους, „weil er nicht die geringste Mühe zur Rettung des Neffen habe anwenden mögen; und dann ohne weiteres Zögern, um ihm die Notwendigkeit dieser Rettung recht handgreiflich zu beweisen, heisst er die bereit gehaltenen Feuerbrände in das Haus schleudern."

Respicias voces „ohne weiteres Zögern," quae falsae sunt: non enim „sine mora" post v. 1616 Orestes faces jaci jubet; immo priusquam jubet, Menelai responsum exspectat ἔχεις με et invicem respondet σαυτὸν σύ γ' ἔλαβες κακὸς γεγώς: quem versum 1617, qui scrupulum omnem Hermanno iniciebat, plane neglegit Hartungius; sin ipse aliam interpretationem atque Hermannianam probavit, praebere nobis illam debuit,

[1]) ad v. 1582 editionis suae = 1615 ordinis consueti.

non tacere: interea nobis liceat Herm
de versu isto acute judicantem
Menelai cogitatio apparet: rogatus a
pro se apud Argivos 1610 cognosc
esse (1612), si non obsequatur Oresti;
se amisisse per eundem (1613—15):
sequatur, illud ut obsequatur. Utram
dicit *ἔχεις με* „captum me tenes“:
professus; nam qui tenet, ei sane im
tenetur, is obsequitur. Unum modo
ὑμᾶς μὴ θανεῖν αὑτοῦ πόλιν. Ergo
με usus certo „ut filiam periculo e
Oreste videtur.“ Haec interpretatio
firmatur versibus qui sequuntur 1623
βιάζεται πόλιν ζῆ δ᾽ . . . quos recte s
γὰρ ὑμῶν πόλιν βιάζεται διὰ τὸ ζῆν
συγχωροῦντος: eam urbi vim infert
invita urbe universa. Inter vivos
damnatus non potuit nisi ea condici
ter quem ei patronus nullus est, def
laus Orestem dicit viventem, ipse eu

Jam ex eis versibus quos a
Menelaus dici non potest noluisse
amitteret an obsequeretur Oresti; co
verbis veluti „absolve igitur Hermio
praestabo tibi,“ certe tamen ostende
esse: ad hoc adductum se esse jam
bus *πέπονθα δεινά*, quoniam id vel
homines potentes et superbi, ut obse
praesertim inferioribus quam ipsi s
ἔχεις με affirmat, sese invitum quide
Oresti. Quae mens Menelai satis
autem vocabulorum singularis bre
hominum animos quales sint: super
inanis est, obsequi solet re vera,
ipsum „obsequor“; accipit gratiam,
obsequendi et petendi quominus ex
quem odit, quia ipse eum laeserat,
repugnat. Sed rem praestare ei in

satis declarat quidem (*πέπονθα δεινά, ἔχεις με*), quamquam nomina rerum ipsa tacet (veluti vocem *πείθομαι*). Hac breviloquentia imaginem animi morumque Menelai expressit poeta. Videamus autem reliquos Menelai versus, num monstrent Menelaum mutato consilio maluisse n o n obsequi Oresti. Simulatque enim pro filia, quam a caede absolverat verbis obsecutus Oresti, metuere destitit, ira denuo commotus et oblitus jam filiae metum quo modo fuerat perterritus, clamorem tollit 1621—24

ὦ γαῖα Δαναῶν ἱππίου τ' Ἄργους κτίται,
οὐκ εἶ' ἐνόπλῳ ποδὶ βοηδρομήσετε κτλ.

ut protinus ipse videatur non morigerans Oresti sed impetu facto tentaturus esse, si filiam absolvere possit. Qualis clamor, si non ad conditorum numina spectat quod supra (p. 17) suspicabamur, hominem quidem iracundum et inane saevientem decet; sed neminem pro salute Orestis iterum anxium animi reddet, quoniam Argivi neque adsunt in scaena, ita ut longum sit exspectare eorum auxilium, neque tamquam parati sunt qui auxilium ferant Menelao, ignari expertesque rerum quae inter Menelaum et Orestem geruntur. Sin ad divos conditores spectat clamor (*κτίται*), nihil omnino novi consilii eius qui clamat demonstratur; ceterum illos esse putandos eo magis censeo, quo difficilius Argivi ipsi, si scaena 1506—36 defuit, ex qua nunc eorum mentio prompta est, putari umquam potuerunt. Quare ne ex hoc clamore quidem, sive Argivi sive dei spectentur, novum consilium Menelai colligitur. Immo ad unum omnes Menelai versus confirmant eam rem quam poeta egerit, scil. quomodo Menelaus ab Oreste tandem vinceretur, ad finem esse perductam, neque temere productam sed usque ad extremum verbum ita ut mores Menelai secum ferebant. Quae reliquae erant res, quomodo irae compositae essent, nuptiae conciliatae etc., ad ipsam rem illam agendam non pertinentes a deo ex machina spectatoribus nuntiatae sunt: neque quicquam litium infinitarum, quod ad Menelaum, superesse ante deum ex machina videtur.

2) Supersunt versus Orestis tres 1618—20

ἀλλ' εἶ' ὕφαπτε δώματ' Ἠλέκτρα τάδε,
σύ τ' ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν σαφέστατε,
Πυλάδη, κάταιθε γεῖσα τειχέων τάδε

in quibus, quoniam praeterea versus
esse necesse est discrimen illud quod
quam deus ex machina interveniat.
tilia resumpta quam indutiae initae e
exclamat Orestes: Vos Electra et Py
cendite! Et Menelaus, si deinceps a
1620. 1 et dicit vivere Orestem matri
confirmare videtur, novum sibi ex inc
Oreste exstitisse. Quare negari non
his versibus Orestis rerum quoque no

Nunc reminiscamur duarum rerum
primum versus eosdem 1618—20 non
dentibus (p. 26), tum de incendio, qui
fabula, scil. moriturum esse Orestem d
cuius significationis meminerat chorus
est 1544 (v. pag. 19—20). Superiori
cendium nuntiat moriturum esse
1618 bene valere eundem, et val
egeat Menelaus adversus illum, si a
admisimus) in istis versibus rerum dis
Hic est novus incendii usus et plan
reliqua fabula. Talis de eadem re
magis obscuritas quam licentia poetae
plicius solvit difficultatem omnem alter
ravimus, eosdem versus ne cum proxi
dunt cohaerere: jam enim cognoscim
esse quia exciderit quidquam inter pro
sed quia nostri hoc loco spurii
omni contradicentes. Itaque ut corru
Hermanno artius conectendis versibus
dentibus opera erit danda, sed gratia
quod non conexo opere suo apertum
ne quis versus illos Euripidis esse c
modum et lacunae eius quae visa est
explicandae, quoniam simplicissimus e
cumspiciamus num certis aliis rationib

Quodsi vv. 1618—20 omissi erun
et 1621 nihil desideratur; nam Menel
Oresti obsequeretur, tandem clamor

„potestisne vos divi Argorum conditores, cum istum vim vobis non minus quam mihi inferentem cernatis, subsidio ipsi non venire“ humanum est. Neque tamen negaverim potuisse aliquid desiderari inter eosdem versus, siquis non perspexerit versus 1616 et 17. In quibus versibus omnes quas gereret Orestes res ad bonum finem perductas partemque alteram omnis huius tragoediae completam esse supra vidimus: sed verba audiebantur, res nova cernebatur nulla; verborum ipsorum mira erat paucitas; ultro voces quae proferuntur eae erant quae vel communes audiri solerent, velut illud *πέπονθα δεινά* quod vix serius audiebatur quam similes interjectiones *ὤμοι, ὠλόμην* saepissime, vel omnino effugere auditores facile possent, velut *ἔχεις με*; quae omnia per se monere videbantur ne versus isti graves intellegerentur. Atque nos ipsi nonne exspectare assueti sumus, ut summi animorum affectus cum magnis quoque vocium sumptibus conjungantur? qua de causa nos quoque audientes horum versuum simplicem sermonem — qui videtur — minus jam perdomari Menelaum, Orestemque triumphare, suspicamur. At statim acer clamor audiebatur „o terra, ferte auxilium, hic omni civitati vim infert“: ibi quicunque spectatorum non acriter animadvertisset neque cum poeta sensisset interrogaverit obstupefactus: cur isti clamores? quem ad finem auxilium? qui tandem Orestes omni civitati vim inferre dicitur, quem nil nisi verba facientem audiebamus? — Nempe spectatores non eius aetatis dico quae ipsa nobiles istos tragoediarum scriptores progenuit, sed aliquanto posterioris, quae haud secus atque nostra animi voluptatisque causa cum ceteris artibus tragoediam quoque libenter receperat. Deinde fieri aliquando potuisse ut quid desideraretur inter vv. 1617 et 1621 perspeximus. Damnum autem quod putabatur erat reparandum, ut, quid clamantem redderet Menelaum, suis quisque auribus sentiret spectator et quo modo injuria civitas Argivorum afficeretur oculis spectaret: exstitit qui optime de theatris suae aetatis et posterioris mereretur inveniens trimetros tres, quibus Orestes domum ignibus incendere Electram et Pyladem juberet. Contra incendiarios sane habebat Menelaus cur auxilium peteret, omnemque civitatem injuria affici ab eis dicere poterat, qui tantum tumultum molientes cernerentur! Rationem igitur aliquam versuum inserendorum hanc aestimari

posse equidem censeo. Quorum nunc eti
siderandam propius accedamus.

1618 voces *ὕφαπτε δώματ' Ἠλέκτρα*
mulieris exhibent quae *οἷα γυνή* (v. 32)
praestet; quamquam enim idem Euripides
non abhorruit quominus Medeam muliere
incendenda cogitantem fingeret, nostro ta
riorum inhonestum munus, cur Electr
praestandum sit tributum, argumentum n
adest. Quare legens versum 1618 facer
meminerim superioris versus 620 *ἕως ὑφῆψ*
πυρί, qui de eiusdem Electrae consiliis cla
nonne ex similibus versibus qualis hic est
cuius incendiariae nasci et hominum mentib

1619 voces *ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν*
amicitiam Pyladis memorant, merum l
complementum. Versus ex nomine Pyladis c
conjuncto ab interpolatoribus confectos II

1620 clausula versus *γεῖσα τάδε* suc
δώματα τάδε 1618 aures offendit, cuius ni
causa alii verba *τεκτόνων πόνον* e versu 1
(quae verba cod. A Marcianus in margine
γρ. exhibet), inde sane nihil emendatum

Ergo in his versibus tot fere vitia q
duntur. Denique per eosdem trimetros
Orestes unam sententiam profert, ut do
Pylade incendatur. Neque tamen dicto
sed tantum minitari videntur, siquidem
1625 opus est nullum, ut incendium proh
solum turpissima verba hi versus contine
quam tumultus magnus sequatur, quod a
dicant, inutilia.

Postremo quod hi versus et neglegu
proximi versus doceant, et student ne tu
scaena absint, simillimi ipsi sunt trimetr
stichomythiae ordinem turbet jam nemo

OR *ἔσται τάδ'* ME *ἆ ἆ μηδαμῶς*

qui versus propter singularem incommodi

obtinere. Supra vero (in cap. A) eandem cum reliqua fabula comparatam multiplici contradictione laborare explicatum est. Quarum rerum duplici testimonio demonstratum esse mihi videtur, alienam ab ipsa fabula esse scaenam illam atque incommode in fabulam insertam.

C.

Postquam scaenam 1506—36 interpolatam esse docuimus, pauca de ea parte tragoediae inde scaena remota est explicanda supersunt.

Primum haec nunc illucent

1) Rebus quae intus gestae erant narratis Phryx de scaena aufugit (v. 1502), ut ad Menelaum perveniat, quod versus 1558 luculenter probat

2) ab hoc Menelaus certior factus (1559), ut Hermionem filiam conservet, domum Orestis revertitur: ipse de adventu suo inopinato prooemium habeat necesse est 1554 sqq.

3) Orestes tandem eo modo, quo secundum versus 1196, 1347, 1492—4 omnes inter se consentientes, exspectandus est, prodit, scilicet Hermionem comminatus 1575.

Deinde nostrum quidem non est ut quaeramus, unde scaena ista provenerit; quam non ad eum finem ut huc insereretur fictam esse, sed ex certa fabula atque rerum serie quadam sublatam, memoravisse sufficiat. Condiciones quae aliae scaenae subsunt has fere inveniebamus

1) ne Helena divinitus tollatur neve prodigium usu veniat, re vera caeditur Helena

2) utrimque certamen, et a Menelao et ab Oreste, paratur; ab illo, cum auxilium Argivorum petat. Itaque infirmior Menelaus ille videtur quam apud Euripidem, qui cum regia servorum caterva satis ornatum eum monstret (1561, 348 sqq.)

3) Argivi participes rerum, quae inter Menelaum et Orestem geruntur, putandi sunt; sin minus putentur, eorum mentiones, quae per totam scaenam fiunt, non intellegantur

4) Orestes id agere ut contra Menelaum se defendat potius quam ut, satis defensus, suae saluti per illum impetrandae studeat

5) eunuchi persona scriptor fabulae illius utitur 1528, cum in hac re Euripides non moretur.

Nostra autem interest cognoscere, qua r
fabulam Euripideam devenerit. De qua re
multa inquiramus. Maxime idonea haec sca
quam excitat, ad animos spectatorum dele
curare non interfuit nisi eorum qui tragoedii
dabant, histrionum. Quamobrem, si omnino
tiones quae ad usum scaenicum conficerentu
fatione praemonuimus, hanc scaenam ab h
interpolatam esse verisimillimum est.

Restat ut de versibus 1503. 4. 5 senten

καὶ μὴν ἀμείβει καινὸν ἐκ καινῶν τόδ
ξιφηφόρον γὰρ εἰσορῶ πρὸ δωμάτων
βαίνοντ' Ὀρέστην ἐπτοημένῳ ποδί.

Qui versus scaenā quae sequitur remota
spicias vero vv. 1549—53 (solos, si scaena
est, trochaicos), quibus Menelaus annuntiatur.
kius spurium arbitratur 1550, in ceteros h
moneam

1) 1552 notandus est usus vocis *Ἀτρεῖδ*
a poetis tragicis Atridae una dicuntur Atrei
Menelausque, interdum etiam singuli, e. g.
Aj. 1349. Recentior est usus huius nominis
nepotibus quoque usurpandi, e. g. apud eos
(*ὑποθέσεις*) fabularum scripserunt. Neque t
nibus Atridarum nomen nepotibus quoque
tragicis inditur, at non nisi cum acumine qu
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν κακῶν ἔκλυσιν s
uni de gente praeclarissima illa supersunt,‘
Cho. 407 *ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως*
v. 1538 *φοβερὸν ἀμφὶ τοὺς Ἀτρείδας* ubi M
sentitur. Alia exempla non inveni. Certe u
ipsis nominibus, velut hic pro Orestis Elec
Weilius lepidissime explicat „*Ἀτρεῖδαι Ores*
son cousin“) sine causa dici praeferatur, loc
laris est. Contra merus usus tragicus sub
Ἀτρεῖδαι καὶ τέκνα.

2) *εὐτυχῶν ἀνήρ*, in eodem versu, male ca
praesertim si dicitur a choro qui modo cala
ruinas domus Atridarum cecinerat.

3) sententia omnis versuum 1552. 53 *δεινὸν εὐτυχῶν ἀνὴρ πρὸς κακῶς πράσσοντας* et vilissima est et ex J. T. 352. 3 vel quolibet loco simili depravata esse videtur

οἱ δυστυχεῖς γὰρ τοῖσιν εὐτυχεστέροις
αὐτοὶ κακῶς πράξαντες οὐ φρονοῦσιν εὖ,

quae illic sententia dicitur jam nota (351 *καὶ τοῦτ᾽ ἄρ᾽ ἦν ἀληθές, ᾐσθόμην*), atque omnino vera approbanda est; versuum autem 1552. 53 perversitatem ab Euripide dictam esse persuaderi mihi non potest.

Propter haec versuum 1549—53 vitia creberrima jam idem versus ipsi removendi, retinendi autem 1503—5 esse videntur, qui Menelaum annuntiant uno nomine mutato *βαίνοντ᾽ Ἀτρείδην* (pro *Ὀρέστην*) *ἐπτοημένῳ ποδί* 1505. Profecto „pes anxius“ multo magis Menelaum auxilio filiae accurrentem decet quam Orestem quendam servos persecutum.

Quae cum ita sint Euripidem partem eam de qua egimus tragoediae nostrae hoc ordine administrasse censeo

narratio Phrygis usque ad v.	1502
chori canticum	1537—48
„ verba quae Menelaum annuntiant	1503—05
Menelaus ipse	1554 sqq.

Altera pars.

De versibus 1618. 19. 20.

A.

1) Differt a ceteris tragoediis quas novimus Orestes etiam in eo quod, priusquam deus ex machina v. 1625 apparet, finis eius rei agendae quam poeta demonstrabat nondum adductus est, scilicet capitalis periculi Orestis et Electrae. En ab altera parte Orestem domum patriam incendi jubentem 1618—20, ipsum Hermionem jam jamque gladio mactaturum, ab altera Menelaum auxilium clamitantem 1621—24; hic cum ex duabus rebus — ut aut pro Oreste intercederet aut filiam amitteret — alteram sibi eligere jussus esset, neutram voluisse videtur, sed tentasse si filiam celeri impetu faciendo tamen servare posset, etiamsi morem non gessisset Oresti: profecto

nemo internoscit quousque vita Orestis pe machina deus finem facit. „*Une intrigue point d'issue*“ hoc optime dicto Weilius turbas expressit; atque jure, dummodo ne tales turbas, ad Euripidem quoque illud Antiphanes comoediarum scriptor poetas tı objurgat (Ant.[1]) frg. 191 v. 13 sqq.)

. . ὅταν μηθὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔ
κομιδῇ δ'ἀπειρήκωσιν ἐν τοῖς δρ
αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μη

Miranda haec imprimis de Euripidis in earum fabularum numero fuisse videt species tragicae artis Aristoteles judicavit, libro de poetica ex Oreste testimonia dep et 25 et 17); contra confirmari hac fabul Aristotele defensam de „nodo ante deun vendo,“ neque actionem non perfectam ὅλη καὶ τελεία non sit) reperiri exspectav legem poetis imponendam censeamus sed ductam esse necesse est. Quare operae q videtur ut ea pars tragoediae nostrae, qua diximus secum tulerit, denuo reputetur, 1600 ad 1624.

Verba Menelai cum Oreste altercanti sqq.) haec sunt

ὦ τλῆμον Ἑλένη
σοὶ (sc. Oresti, ad quem verba specta
ἐκ Φρυγῶν,
πόνους πονήσας μυρίους.
πέπονθα δεινά.

Rursus ad Orestem conversus addit Mene
ἔχεις με. Dein Orestes: *σαυτὸν σύ γ'*

---

[1]) Kock, Comic. Att. frg. II pag. 90. Cf. P

[2]) Poet. c. 15 *φανερὸν ὅτι καὶ τὰς λύ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ἀπὸ μηχανῆς . . . ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐ ματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν . . ἢ ὅσα ὕστερ ρεύσεως.*

Jam vero pergit Orestes, quamquam ille resistere desierat:

ἀλλ᾽ εἶ᾽ ὕφαπτε δώματ᾽, Ἠλέκτρα, τάδε,
σύ τ᾽ ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν σαφέστατε
Πυλάδη, κάταιθε γεῖσα τειχέων τάδε,

praeter omnium opinionem haec Orestes; immo post v. 1617 exspectamus de pace constituenda eum verba esse facturum, i. e. verba plane contraria atque ea quae facit v. 1618 sqq.: hoc loco aut Menelaum denuo resistere coepisse opus est, aut Orestes, nisi ille coeperit, ita pergere non potest. Quamobrem Hermannus in editione quam curavit inter versus 1617 et 18 lacunam reliquit, et adnotavit „si nihil aliud dicit Menelaus quam *ἔχεις με*, profecto Orestes relapsus in pristinam insaniam videatur qui domum incendi eo ipso momento jubeat, quo se captum teneri fassus Menelaus victas manus praebiturus atque ut filiam periculo eripiat intercessurus pro Oreste et Electra videtur. Quod adeo absurdum est, ut non dubitandum putem, quin exciderit Menelai versus tali fere sententia

ἀλλ᾽ οὐχὶ φεύγεις σύ τε κασιγνήτη τε σή.

Itaque lacunam indicavi.“

Recentiores editores textum rursus ut traditus est praebent, securi complures, impugnans autem Hermannum unus Hartungius[1]); cuius refutatio — quam quidem dicebat — afferenda hoc loco est propterea, quod ipsa clarum reddit, quam recte judicaverit Hermannus. Orestem Hartungius dicit respondere haec: (1615) merito Menelaum frustra labores innumerabiles perpessum esse, *πόνους πονήσας μυρίους*, „weil er nicht die geringste Mühe zur Rettung des Neffen habe anwenden mögen; und dann ohne weiteres Zögern, um ihm die Notwendigkeit dieser Rettung recht handgreiflich zu beweisen, heisst er die bereit gehaltenen Feuerbrände in das Haus schleudern.“

Respicias voces „ohne weiteres Zögern,“ quae falsae sunt: non enim „sine mora“ post v. 1616 Orestes faces jaci jubet; immo priusquam jubet, Menelai responsum exspectat *ἔχεις με* et invicem respondet *σαυτὸν σύ γ᾽ ἔλαβες κακὸς γεγώς*: quem versum 1617, qui scrupulum omnem Hermanno iniciebat, plane neglegit Hartungius; sin ipse aliam interpretationem atque Hermannianam probavit, praebere nobis illam debuit,

[1]) ad v. 1582 editionis suae = 1615 ordinis consueti.

non tacere: interea nobis liceat Hermannum sequi quem unum de versu isto acute judicantem videamus. Haec enim Menelai cogitatio apparet: rogatus ab Oreste ut intercederet pro se apud Argivos 1610 cognoscit, filiam se amissurum esse (1612), si non obsequatur Oresti; meminit autem, uxorem se amisisse per eundem (1613—15): hoc monet eum, ne obsequatur, illud ut obsequatur. Utram partem eligat? Tandem dicit *ἔχεις με* „captum me tenes“: obsequi sese manifesto professus; nam qui tenet, ei sane imperare licet; qui captus tenetur, is obsequitur. Unum modo rogaverat Orestes 1611: *ἡμᾶς μὴ θανεῖν αἰτοῦ πόλιν.* Ergo Menelaus vocibus *ἔχεις με* usus certo „ut filiam periculo eripiat, intercessurus pro Oreste videtur.“ Haec interpretatio ab Hermanno data confirmatur versibus qui sequuntur 1623. 24 *πᾶσαν γὰρ ὑμῶν ὅδε βιάζεται πόλιν ζῇ δ᾽* . . . quos recte scholiasta explicat *πᾶσαν γὰρ ὑμῶν πόλιν βιάζεται διὰ τὸ ζῆν καὶ αὐτὸν, μηδενὸς αὐτῷ συγχωροῦντος*: eam urbi vim infert Orestes, quod vivit ipse invita urbe universa. Inter vivos autem numerari Orestes damnatus non potuit nisi ea condicione, si a Menelao, praeter quem ei patronus nullus est, defenderetur; ergo si Menelaus Orestem dicit viventem, ipse eum defensurus est.

Jam ex eis versibus quos adhuc interpretati sumus Menelaus dici non potest noluisse decernere, utrum filiam amitteret an obsequeretur Oresti; contra, quamquam abstinet verbis veluti „absolve igitur Hermionem, nam quod postulas praestabo tibi,“ certe tamen ostendere videtur se obsecuturum esse: ad hoc adductum se esse jam praemonstrat 1616 vocibus *πέπονθα δεινά*, quoniam id vel atrocissimum aestimant homines potentes et superbi, ut obsequantur cedantque aliis, praesertim inferioribus quam ipsi sunt; item 1617 vocibus *ἔχεις με* affirmat, sese invitum quidem morem gesturum esse Oresti. Quae mens Menelai satis clara videtur; notanda autem vocabulorum singularis brevitas. Recorderis vero hominum animos quales sint: superbissimus quisque, si simul inanis est, obsequi solet re vera, dummodo evitet verbum ipsum „obsequor“; accipit gratiam, petere nolit: easdem voces obsequendi et petendi quominus ex ore emittat adversus eum quem odit, quia ipse eum laeserat, Menelaus quam maxime repugnat. Sed rem praestare ei in animo est; quod dictis

satis declarat quidem (*πέπονθα δεινά, ἔχεις με*), quamquam nomina rerum ipsa tacet (veluti vocem *πείθομαι*). Hac breviloquentia imaginem animi morumque Menelai expressit poeta. Videamus autem reliquos Menelai versus, num monstrent Menelaum mutato consilio maluisse n o n obsequi Oresti. Simulatque enim pro filia, quam a caede absolverat verbis obsecutus Oresti, metuere destitit, ira denuo commotus et oblitus jam filiae metum quo modo fuerat perterritus, clamorem tollit 1621—24

ὦ γαῖα Δαναῶν ἱππίου τ᾽ Ἄργους κτίται,
οὐκ εἶ᾽ ἐνόπλῳ ποδὶ βοηδρομήσετε κτλ.

ut protinus ipse videatur non morigerans Oresti sed impetu facto tentaturus esse, si filiam absolvere possit. Qualis clamor, si non ad conditorum numina spectat quod supra (p. 17) suspicabamur, hominem quidem iracundum et inane saevientem decet; sed neminem pro salute Orestis iterum anxium animi reddet, quoniam Argivi neque adsunt in scaena, ita ut longum sit exspectare eorum auxilium, neque tamquam parati sunt qui auxilium ferant Menelao, ignari expertesque rerum quae inter Menelaum et Orestem geruntur. Sin ad divos conditores spectat clamor (*κτίται*), nihil omnino novi consilii eius qui clamat demonstratur; ceterum illos esse putandos eo magis censeo, quo difficilius Argivi ipsi, si scaena 1506—36 defuit, ex qua nunc eorum mentio prompta est, putari umquam potuerunt. Quare ne ex hoc clamore quidem, sive Argivi sive dei spectentur, novum consilium Menelai colligitur. Immo ad unum omnes Menelai versus confirmant eam rem quam poeta egerit, scil. quomodo Menelaus ab Oreste tandem vinceretur, ad finem esse perductam, neque temere productam sed usque ad extremum verbum ita ut mores Menelai secum ferebant. Quae reliquae erant res, quomodo irae compositae essent, nuptiae conciliatae etc., ad ipsam rem illam agendam non pertinentes a deo ex machina spectatoribus nuntiatae sunt: neque quicquam litium infinitarum, quod ad Menelaum, superesse ante deum ex machina videtur.

2) Supersunt versus Orestis tres 1618—20

ἀλλ᾽ εἶ᾽ ὕφαπτε δώματ᾽ Ἠλέκτρα τάδε,
σύ τ᾽ ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν σαφέστατε,
Πυλάδη, κάταιθε γεῖσα τειχέων τάδε

in quibus, quoniam praeterea versus nulli adsun
esse necesse est discrimen illud quod non finiri di
quam deus ex machina interveniat. Atque sane
tilia resumpta quam indutiae initae esse videntur,
exclamat Orestes: Vos Electra et Pylades domum
cendite! Et Menelaus, si deinceps auxilium ad
1620. 1 et dicit vivere Orestem matricidam 1624,
confirmare videtur, novum sibi ex incendio illo pe
Oreste exstitisse. Quare negari non potest quin
his versibus Orestis rerum quoque novum discrime

Nunc reminiscamur duarum rerum quas supra e
primum versus eosdem 1618—20 non cohaerere c
dentibus (p. 26), tum de incendio, quid significet i
fabula, scil. moriturum esse Orestem domo incender
cuius significationis meminerat chorus ubi faces
est 1544 (v. pag. 19—20). Superioribus igitur loc
cendium nuntiat moriturum esse Orestem,
1618 bene valere eundem, et valere ita ut au
egeat Menelaus adversus illum, si admittimus (q
admisimus) in istis versibus rerum discrimen denuo
Hic est novus incendii usus et plane contrarius
reliqua fabula. Talis de eadem re usurpanda i
magis obscuritas quam licentia poetae esse videtur.
plicius solvit difficultatem omnem altera illa res qu
ravimus, eosdem versus ne cum proximis quidem
dunt cohaerere: jam enim cognoscimus hiatum f
esse quia exciderit quidquam inter proximos versus
sed quia nostri hoc loco spurii sunt, fabula
omni contradicentes. Itaque ut corruptela sanetur
Hermanno artius conectendis versibus 1618—20 c
dentibus opera erit danda, sed gratia interpolato
quod non conexo opere suo apertum testimonium
ne quis versus illos Euripidis esse crederet. Qu
modum et lacunae eius quae visa est et contradic
explicandae, quoniam simplicissimus et in prompt
cumspiciamus num certis aliis rationibus probetur.

Quodsi vv. 1618—20 omissi erunt, re vera
et 1621 nihil desideratur; nam Menelaum, modo
Oresti obsequeretur, tandem clamorem hunc f

„potestisne vos divi Argorum conditores, cum istum vim vobis non minus quam mihi inferentem cernatis, subsidio ipsi non venire“ humanum est. Neque tamen negaverim potuisse aliquid desiderari inter eosdem versus, siquis non perspexerit versus 1616 et 17. In quibus versibus omnes quas gereret Orestes res ad bonum finem perductas partemque alteram omnis huius tragoediae completam esse supra vidimus: sed verba audiebantur, res nova cernebatur nulla; verborum ipsorum mira erat paucitas; ultro voces quae proferuntur eae erant quae vel communes audiri solerent, velut illud *πέπονθα δεινά* quod vix serius audiebatur quam similes interjectiones *ὤμοι, ὠλόμην* saepissime, vel omnino effugere auditores facile possent, velut *ἔχεις με*; quae omnia per se monere videbantur ne versus isti graves intellegerentur. Atque nos ipsi nonne exspectare assueti sumus, ut summi animorum affectus cum magnis quoque vocium sumptibus conjungantur? qua de causa nos quoque audientes horum versuum simplicem sermonem — qui videtur — minus jam perdomari Menelaum, Orestemque triumphare, suspicamur. At statim acer clamor audiebatur „o terra, ferte auxilium, hic omni civitati vim infert“: ibi quicunque spectatorum non acriter animadvertisset neque cum poeta sensisset interrogaverit obstupefactus: cur isti clamores? quem ad finem auxilium? qui tandem Orestes omni civitati vim inferre dicitur, quem nil nisi verba facientem audiebamus? — Nempe spectatores non eius aetatis dico quae ipsa nobiles istos tragoediarum scriptores progenuit, sed aliquanto posterioris, quae haud secus atque nostra animi voluptatisque causa cum ceteris artibus tragoediam quoque libenter receperat. Deinde fieri aliquando potuisse ut quid desideraretur inter vv. 1617 et 1621 perspeximus. Damnum autem quod putabatur erat reparandum, ut, quid clamantem redderet Menelaum, suis quisque auribus sentiret spectator et quo modo injuria civitas Argivorum afficeretur oculis spectaret: exstitit qui optime de theatris suae aetatis et posterioris mereretur inveniens trimetros tres, quibus Orestes domum ignibus incendere Electram et Pyladem juberet. Contra incendiarios sane habebat Menelaus cur auxilium peteret, omnemque civitatem injuria affici ab eis dicere poterat, qui tantum tumultum molientes cernerentur! Rationem igitur aliquam versuum inserendorum hanc aestimari

posse equidem censeo. Quorum nunc eti siderandam propius accedamus.

1618 voces ὕφαπτε δώματ' Ἠλέκτρα mulieris exhibent quae οἷα γυνή (v. 32) praestet; quamquam enim idem Euripides non abhorruit quominus Medeam muliere incendenda cogitantem fingeret, nostro t riorum inhonestum munus, cur Elect praestandum sit tributum, argumentum n adest. Quare legens versum 1618 facer meminerim superioris versus 620 ἕως ὑφῆψ πυρί, qui de eiusdem Electrae consiliis cl nonne ex similibus versibus qualis hic es cuius incendiariae nasci et hominum menti

1619 voces ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν amicitiam Pyladis memorant, merum complementum. Versus ex nomine Pyladis conjuncto ab interpolatoribus confectos II

1620 clausula versus γεῖσα τάδε suc δώματα τάδε 1618 aures offendit, cuius n causa alii verba τεκτόνων πόνον e versu (quae verba cod. A Marcianus in margine γρ. exhibet), inde sane nihil emendatum

Ergo in his versibus tot fere vitia q duntur. Denique per eosdem trimetros Orestes unam sententiam profert, ut d Pylade incendatur. Neque tamen dicto sed tantum minitari videntur, siquidem 1625 opus est nullum, ut incendium pro solum turpissima verba hi versus contine quam tumultus magnus sequatur, quod a dicant, inutilia.

Postremo quod hi versus et neglegu proximi versus doceant, et student ne tu scaena absint, simillimi ipsi sunt trimetr stichomythiae ordinem turbet jam nemo

ΟR ἔσται τάδ' ΜΕ ἆ ἆ μηδαμῶς qui versus propter singularem incommodi

illo careret, damnandus fuit. Orestes enim qui non id agit ut Hermionem necet sed ut suam impetret salutem, ictum mortiferum ferre non potest, priusquam dixit se illam absoluturum esse si Menelaus pro se intercesserit; quod postea demum v. 1610 patefacit: *πεῖθ' ἐς Ἀργείους μολών* 1611 ME *πειθώ τίν'; κτλ.* antea vero sana mente necare nondum ei licebat. Ergo versus 1598 in quo non modo minitans ut supra 1578, sed jam, nisi statim clamaverit Menelaus *ἆ ἆ μηδαμῶς*, perficiens caedem minitatam cernitur, stultus atque intempestivus ferri non potest. Talem versum qui inserebat, non respexit rem quae gereretur eo loco, sed unum illud num motu afficerentur spectatorum animi eis rebus quae in scaena agebantur: quem animorum affectum ut augeret operam dedit interpolator versus 1598. Eiusdem verborum petulantiae majoris quam pro ea quam poeta rem tractare videtur, nostri versus 1618—20 sunt: qui sane veritatem reliquae fabulae tantopere derident, quanto interpolatorem ausum esse equidem non credidissem, nisi testimonio esset v. 1598, eo audaciam neglegentiamque interpolatorum re vera esse progressam.

Quae cum ita sint, cum nil desiderandum sit inter v. 1617 et 1621, cum fieri tamen possit ut incuriae spectantium ratio ante 1621 habita sit, cum voces ipsae omni arte careant, cum adsint alibi verba cum eadem petulantia ab interpolatoribus tentata, versus 1618—20 jure spurios haberi arbitror remediumque corruptelae illius ab Hermanno demonstratae unum esse in versibus eis removendis.

B.

De hac interpolatione graviore et haud obsoleta, quoniam, corrumpendo fine, omni fabulae eam funestam evasisse vidimus, pauca etiam libet exponere.

Primum histrionis alicuius operam subesse, quod jam in commentatione ipsa a nobis respici necesse erat, vix opus est commemorari: Orestem magna voce incendium jubere, Electram et Pyladem facibus jactatis concursare, Menelaum Argivos subsidio sibi evocare (nam Argivos ab interpolatore,

deos a poeta intellegi jam elucere pu
Argivorum armatam adventare, in extre
pedire proelium — talia monstrare
docuerat, scil. Menelai magnos spiritus
quae irae in pectoribus magis saevieban
bantur verbis vel oculis cernebantur, et
pax fiat potius quam quod proelium pro
hominis qui ut spectatoribus spectaculum

Deinde cohaerere hos versus
esse interpolatam commentatione prima
est. Nam ut finis quidam a poeta addu
magnus nescio qui tumultus supponeretu
simplices tres non potuerunt, praesertim
declarent quidem quicquam praeter ince
ipsi adsint necessitatem afferant ut illae
necesse est animos nostros ad res istas
paratos jam fuisse; quod praeparandi
1506—36 praestiterat. Namque et Orest
laum incendio idem est atque ille novus
v. 1532, et Argivorum armata manus qu
affutura eodem loco illo 1533 significatu
versus 1618—20 interpolati fuerunt cum
prodibat, quod ex v. 1531 concluditur; n
comminus cum eo rem gesturus fuera
versum eundem 1531: remotā autem sca
quoque loco disparuerunt atque inter O
qui cum comitum servorumque caterva
tragoedia prodibat, res geruntur. Praete
incendii significatio nova illa tamquam
defendendum et nocendum Menelao: fun
poeta docuerat (vide supra p. 29) ab i
1618—20 in quandam potius hominibus C
rem conversum esse videtur; dum vero
hanc fabulam legunt, haec opera inter
nimirum ipsi ne in carmine illo quid
faces significent v. 1543, quaenam caede
que quo modo Argivorum auxilium Me
polator, ita suum Oresti emolumentum t
quod in incendio inesset. Denique ipse

[1]) vid. p. 17/8 et 28.

cooritur in pulpito, ex eadem illa scaena exspectatur. Itaque scaena verisimiles reddidit versus 1618—20, quos cum scaena simul damnaveris, sine illa non intellexeris.

Tertium, quoniam id ex artissimo conexu horum versuum spectaculi causa insertorum evadit, statuendum de nostra fabula est, non versus quosdam subesse fortuito interpolatos, immo constanter ab histrione quodam textum eum quem nos habemus retractatum esse eo consilio ut denuo tragoedia nostra ageretur. Ceterum postquam hoc loco certum specimen operae ab histrionibus in tragoediis consumptae deteximus, non abesse ab re videtur, cum genere eius speciminis comparare quid omnino de studiis quibus afficere tragoedias histriones soleant, a viris dramaturgis qui dicuntur judicetur.

Nam scaenam in qua — dico enim versus proximos ante deum ex machina — vehementer quidem commotos animos, sed haud quicquam rerum novarum quae oculos in se converterent, monstraverat poeta, commutatam esse ab histrione in novum quendam tumultum vidimus, cuius finis non prospiceretur, nisi deus ipse intervenisset: conferas cum hac mutatione quam histrio perfecit, quid dicat Lessingius (Hamb. Dramat. V. Stück, sub finem):

> „es könnte leicht sein, dass sich unsere Schauspieler bei der Mässigung, zu der sie die Kunst auch in den heftigsten Leidenschaften verbindet, in Ansehung des Beifalles, nicht allzuwohl befinden dürften. — Aber welches Beifalles? — Die Galerie ist freilich ein grosser Liebhaber des Lärmenden und Tobenden, und selten wird sie ermangeln, eine gute Lunge mit lauten Händen zu erwidern."

Ante Lessingium autem Shakespearius[1]) poeta, quem admirabatur ille, scelus appellavit histrionum malorum quod nimis vulgatum esset, ut „animorum magnos motus divellant atque dilacerent adeo ut non nisi reliquiae turpissimae supersint."[2]) Neque tamen eius vitii major culpa est histrionum quam spectatorum; adducuntur enim eo illi, ut ait idem poeta, hoc consilio „to split the ears of the groundlings; who, for the most part, are capable of nothing but inexplicable dumb shows, and noise."

[1]) Hamlet III. 2. [2]) „tear a passion to tatters, to very rags."

Sane de nostrorum saeculorum theatris isti
Quorum placita ad quinti saeculi vel tragoe
diam numquam ego rettulerim: ad quarti sa
referre non dubito, ad quarum similitudine
accedant, cum et tragoediae antiquae actae
cultu sejuncta spectacula inter reliquas a
delectandi vel docendi causa habita, et hist
ars et virtutes tum maxime florerent certa
contenderint (cf. e. g. C. J. A. II 973, 15 ὑπ
μος ἐνίκα, et alia ludorum catalogi fragmen
jam ludorum illud genus natum sit quod a
paulatim redundabat (scil. comoedia quae
Wilamowitz Herakles I[1] p. 55): tempori
factam esse poetarum priscorum pietatem te
nonnullis, veluti quaerimoniis virorum doct
conservatis, vel lege illa a Lycurgo lata ut p
histriones docerent censeantur (Pseudoplut. vi
τὰς τραγῳδίας αὐτῶν (Aeschyli Sophoc
κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν καὶ τὸν τῆς
παραναγιγνώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ
ὑποκρίνεσθαι.
Itaque recentiorum virorum arbitria, etsi r
rebus lata, tamen ad veteres res judicanda
nobis usurpata esse videntur.

Cuncta vero quae de vv. 1618—20 et s
exposuimus in eo consentiunt ut demonst
quae in fine Orestis vituperantur, inde
rursus post Euripidis mortem fabula
retractata sit. Casu autem factum est, u
tum amplificati istius textus servaretur.
doleri debet propterea, quod non tam om
poeta datas quam de suo addidit: remoti
clare internoscuntur reliqua fabula integra

Postremo, ut eo revertamur unde egr
tendum est re vera non deum ex machina
rei quam in Oreste Euripides monstret, se
quoque „nodum ante deum ex machina solu
tragoediae perfectam,“ *πρᾶξιν τελείαν.*

Tertia pars.

De Pyladis persona.

A.

De versibus 33 et 405. 406.

In prologo interpolatus est v. 33, de quo dubitari non possit

κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνή, φόνου
Πυλάδης θ᾽ ὃς ἡμῖν συγκατείργασται τάδε 33.

Turbatur enim sententiarum nexus hoc versu. Nam ab initio sermonis Electra in rebus adversis Tantalidarum demonstrat, quanta mala generi humano suscipienda sint, ac velut imprimis grave affert novissimum malum illud quod ipsi et fratri evenerit, matricidium: in hoc sane sententiarum ordine mentio alterius adjutoris alicuius, Pyladis, multo magis onus Electrae et Orestis filiorum sublevaret quam gravius esse declararet. Respicias autem quam male accommodata sit huic loco mentio Pyladis per enuntiatum relativum, *ὃς συγκατείργασται,* quod plane eandem rem addit atque quae clare expressa est verbo regenti *μετέσχον*: nam si adest versus 33, ita loquitur Electra „cecidit matrem Orestes, cuius facinoris ego particeps fui et Pylades, qui particeps fuit.“ Cui vitio enuntiati relativi mederi duobus modis potest; alterum modum monstravit Bruhnius [1]), qui enuntiatum relativum per conjecturam alia et nova sententia ornabat, alterum Herwerdenus [2]), qui omnino versum 33 eiciebat; „si tales versus, addit Herwerdenus, scribere licuit Euripidi, nihil jam erit, quod jure ei possimus abjudicare.“ Nos quidem, abesse mentionem Pyladis eā quam primam afferebamus causa cupientes, pro certo habemus verum remedium ab Herwerdeno repertum esse.

Cui, quod ad rem enuntiatam, persimilis versus infra recurrit 406

ME *παρῆν τις ἄλλος, ὃς σὸν ὤρθευεν δέμας;*
OR *Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον* 406

idem ut videtur interpolatus. Qui a versu 405 cui respondet sejungi sane non potest; sed totum distichum ex rebus de

---

1) Bruhn, Lucubrationes, Jahrb. f. kl. Ph. N. F. 1887. Suppl. XV 281.

2) Herwerden, Mnemosyne IV 1855 p. 359.

quibus agitur excidit. Velut enim medicu
sic Menelaus de origine et natura insaniae

401 quando insanire coepisti?

403 ubi eras?

407 quaenam simulacra videns malo

irrumpit in hunc ordinem originis quaeren interrogatio 405 num quis, postquam r morbi, aegrotantem coluerit? nam ad eu post ipsum impetum morbi pertinet illud ex v. 231 satis colligitur: quam incommod non esse Euripidis verborum syntaxis mo καὶ μητρὸς φόνον, cum a poetis tragicis tamquam transitivum non cum quolibet sit; quamquam commentatores defendunt l αἷμα per similia illa αἷμ' ἐπράξαμεν 1139 284; profecto non licuit afferre aliorum (πράττειν, ἐργάζειν), sed ipsum verbum δρᾶν

Accusativus autem huic verbo tantum jectivorum generis neutrius, substantivi ἔργ

e. g. τί δρᾶν (Jo. 1430), et quod ide (τί χρῆμα δράσουσα Or. 1186), quae merae in non veri accusativi audiuntur: argumento e dem vocium τί et τί χρῆμα pro notione εἰς v. Krüger, gr. Sprachlehre II 46, 4. 2), ita τ Quare ex hac locutione τί χρῆμα nullus tra δρᾶν deduci potest. Alia pronomina adjung οἷα, ταῦτα, τάδε: δράσεις ὁμοίως ταῦτα Alk gleich wohl so ergehen"; hoc δρᾶν prope va dicit Wilamowitz Her. ad v. 540: τί δράσο

Media ista inter activum et passivum inest quoque conjuncto cum adjectivis αἰσχ δεινά quae velut adverbia sentiuntur, quam sivum τὰ δρώμενα κακά non deficit; tamen nullo conjunctum excepto ἔργον (Soph. Phi

Quod tandem ad hoc substantivum ἔ τόδε ἔργον οὐκ ἔτλης Aesch. Ag. 1635, idem eius rei quam notio verbi continet (des I talis locutio qualis est δρᾶν αἷμα, φόνον, q aliam, atque ipsum verbum, notionem con deduci potest quam ex illo usu conjungend

adjectivis adverbialibus: quare abhorrere a sermone tragicorum locutio illa videtur. Ista verborum syntaxis sufficeret, ut suspicionem de versu 406 excitaret, etiamsi non aliae rationes adessent.

Ultro autem idem versus 405. 6, quod Pyladem curasse Orestem praetendunt, reliquae fabulae nostrae contradicunt. In qua cum omnis prologus Electram ab initio curare solam docet, quod Orestes pulcherrimis illis verbis collaudat

σὲ γὰρ ἔχω μόνην
ἐπίκουρον, ἄλλων ὡς ὁρᾷς ἔρημος ὤν,

tum Orestes Pyladem antea non curasse significat vv. 790 sqq.: nam cuius animum plane effugerit posse evenire ut Pylades se curet, si in insaniam relapsus sit (790. 91), quamobrem sororem advocare vult ut denuo illa custodis munus sibi praestet, et qui Pyladem moneat *δυσχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός* 792, *εὐλαβοῦ λύσσης μετασχεῖν* 793, et qui dubitans simul et tamen gratia plenus interroget *οὐκ ἄρ' ὀκνήσεις* 794, qui tandem commotus novo amicitiae et fidei testimonio sibi a Pylade oblato laudes bonorum amicorum efferre coeperit — idem haec omnia et locutus et admiratus Orestes testis gravissimus exsistit in fabula nostra exhiberi narrationem eam, a Pylade curari Orestem antea quidem numquam sed tum primum cum una cum amico in judicium se conferat. Haec narratio copiam in eadem fabula non dat versibus 405. 6. Certum igitur etiam hos versus interpolatos esse videtur.

Quas interpolationes (vv. 33 et 405. 6) vix tanti facerem, nisi res gravior quaedam inde efficeretur, scil. ut omnis Pyladis mentio ex prima parte tragoediae nostrae evanesceret: de Pylade non cogitatur donec in scaenam prodit versu 725.

B.

De versibus 763—71 (de exsilio Pyladis).

De eodem Pylade alienum ab reliqua fabula illud narrant versus 765 et 767, eum patria expulsum esse matricidii participem:

Στρόφιος ἤλασέν μ' ἀπ' οἴκων φυγάδα θυμωθεὶς πατήρ,
ὅτι συνηράμην φόνον σοι μητρὸς ἀνόσιον λέγων.

Misere enim narratio ista contradicit versibus
ἀπόδος τὸ σῶμα πατρί, μὴ σύνθνησκέ μοι.
σοὶ μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ'οὐκ ἔστι δή,
καὶ δῶμα πατρὸς καὶ μέγας πλούτου λιμήν.

Quos locos inter se contradicere antiquitus dete ἀπορίαν his verbis scholiasta monet (ad v. 107 ὁ Εὐριπίδης τοῦ Πυλάδου ἔμπροσθεν εἰρηκότος ὑπὸ τοῦ πατρός. Sed cum recte vir grammati difficultatem, in eadem solvenda falsus est dice αἰνίττεται, ὡς μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς δυνήσ Quam solutionem falsam dixi propterea, quod sibi, neque solum post patrem mortuum aditum ipse Pylades significat ita respondens, tamqua silium sit ne sibi consulat (1085 λέλειψαι τῶ μάτων, 1088 εἰ ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμ pudore ipse prohibeatur ne confestim in acropo se conferat (1093. 4 τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε . κίων ἀκρόπτολιν); nam qui his verbis uti pote tempore aliena voluntas nulla impedit quomin tatur. Quibus verbis usus Pylades aut non e mentitur. Ceterum Orestes dicens ἀπόδος τ non de redeundi potestate quae sit post morte tare videtur. Quare poeta his versibus nihil significat," sed apertum est, ipsum ignorare atque unam medicinam contradictionis qua v. dat obelus versibus 765 et 767 alienis a apponendus.

Praeterea Pylades cum non neget illa Or patriam et patris domum et divitias, affirmare Sua autem sponte, ut eundem omnis fortuna amico ferat, bona illa omnia dimittit: unius ex Phocide Argos venit. Hoc alterum e quod vetet exsilium Pyladis admitti. En speci qui vel parentes deserat amici causa, versi clarius expressam quam quae ignorari ullo Eidem versus una cum eis quos respondet Pyl nimirum adeo placuerunt, ut de persona eius quae in hac tragoedia sunt cum benevolentia illud[1]) πλὴν Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν: fu

[1]) In fine argumenti fabulae praemissi.

personae toti amicitia est, quae ubi primum Pyladis mentio fit in hac tragoedia veluti prooemio laudatur 725—29

ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν . . .
ἡδεῖαν ὄψιν· πιστὸς ἐν κακοῖς ἀνὴρ
κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰσορᾶν

et quae omnium rerum quas gerat Pylades causa est. (Similem personam poeta jam in Iphigenia Taurica praestiterat, modo gravitate eo leviore quo minores partes illic agebat Pylades.) Judicium autem illud, meliorem esse Pyladis personam quam ceteras, ineptum est, si fertur de Pylade eo expulso qui nunc in fabula est, atque jure Hermanno[1]) videbatur non recte judicatum esse a scriptore argumenti; „nam Pylades quidem quamquam se et fidem amicum praebet, nec valde vituperandus est quod v. 1098 dicit

ἐπεὶ δὲ κατθανούμεθ᾽, εἰς κοινοὺς λόγους
ἔλθωμεν, ὡς ἂν Μενέλεως ξυνδυστυχῇ·

tamen, quum Helenam interfici suadet, nihil nisi inanem vindictam usurpat, quod est hominis animum suum potius explere cupientis, quam invenire scientis salutare consilium. Ita ille non meliorem se esse prodit quovis vel ignavissimo homine.“ Quin etiam magis contemnendus fuit Pylades: quorsus enim devenit ipsa amicitia, quam agnoscebat Hermannus, si patriam fugiens ille ad Orestem se contulerit suis rebus desperatis (καὶ γὰρ αὐτὸς οἴχομαι 763)? Nil jam de suo offerre Oresti potest, si ipsi spes bonaque omnia perdita sunt: immo causam suam cum Oreste communicans talis Pylades multum sibi proficit; nam quid jacturae ipse faciat non habet, sin bonā ille fortuna usurus sit ipsius quoque salus erit; suae utilitatis causa sane talis Pylades adjuvaret Orestem. Talis perditorum hominum consensio non minus est quam amicitia, excusanda quidem sed non laudanda. Quare Pylades iste, propter omnes quas in hac fabula gerit res, in contemptionem adducendus potius quam virtute ceteris personis praeferendus esse videtur. Una autem condicione quadam faustum illud judicium explicari potest: si a philosophis peripateticis latum est judicium, qui χαρακτῆρας definiebant: de quibus ut cogitemus eo magis admonemur, quod versibus 1075—77 et 1085—97 clarius expressam esse imaginem illam postea saepe

[1]) Praefatio pag. XIV.

repetitam optimi amici, qui uni amico v postponeret, supra (p. 39) videbamus. Tum ve absit exsilium. Sed si neglegi liceat, quas res gesserit, et tantummodo respici qualem s titerit, tunc persona eius vel optima judic amici ipsius χαρακτήρ. Itaque, si statuimus, exsilii mentionem in fabula, certa ratio inte sanum illud judicium evadat et ipsi auct spiciantur Ergo de exsilio Pyladis, quod v ratur, et de judicio πλὴν Πυλάδου πάντες φ habent:

aut valet exsilium, quamvis contradicens ineptum est judicium,

aut neque exsilium neque contradictio es judicium:

inde profecto evadit, olim in hac fabula notum non fuisse, eosque versus qui dicant sum postea esse interpolatos. Ceterum ex quo tempore doctrina quaedam (de amici usurpata fuerit: is enim Pylades, cui in I ab Oreste persuadetur ut suam salutem pet ab illa specie amici est; qui neque laudat viris a quibus ille.

Pauca de ipsa interpolatione, quot ver monenda sunt. Versus enim 765 et 67 eve possunt; at illucet supra incipere corruptio qui a proposito sermone ad Pyladis fort declinat 763 κἀμέ νυν ἐροῦ τί πάσχω. Inf difficilius decernitur; inepta quidem etiam v

οὐ προσήκομεν κολάζειν τοῖσδε, Φωκέ

quaenam vel heroicae vel Euripideae aetatis c manifestum ceperit, abstinuerit quominus quia alienus esset? Tam inania jura Eurip his comitiis populi de Oreste habendis (8 suae aetatis depinxisset, de eisdem comitiis f Infra autem ad vv. 767 et 770 revertemu mus dialogum v. 772, mentione multitudinis πολλοί) de eadem re esse pergere atque 76 titudinem adversariorum Orestis nominavera πρὸς ἐχθρῶν πυργηρούμεθα): quem versum 7

772 licet, modo excidisse inter eos unum versum, quem Pylades respondebat, putemus. Itaque omnes versus 763—71, inter quos de 765—67 et de 771 dubium non sit, interpolati esse videntur.

C.

1. Jam cum identidem versus aliquos (33, 405. 6, 763—71) interpolatos esse censuerimus, tandem quem ad finem interpolati fuerint nobis erit demonstrandum.

De vv. 763—71 apparet, hac ratione interpolatorem argumentum inserere voluisse quo advenerit Pylades, qui tam improvisus ab initio istius scaenae adest. Id enim mirabatur interpolator (atque haud magis ille quam nos miramur, videas Hermanni praefationem pag. XI), quod post Clytaemestram occisam Pylades Argis in Phocidem migraret, inde autem Argos remigraret, quae sine causa inventa esse videbantur: haec occasio bene de tragoedia ista merendi aestimata est et migrationum, etsi non utraque, altera saltem explicata est exsilio illo invento, quo multatus esset homo scelere impurus. Hoc igitur non dubium erat interpolatori, quin Pylades caedis ipsius particeps Argis adfuisset: haec erat fabula notissima; hanc pro certo sumpsit.

At qui ita sumere licuit? an quia in reliqua fabula id cecinerit poeta vel in prologo[1]), cuius munus id est „ut eum rerum statum qui actionem antecedit quantum fieri potest accuratissime spectatoribus ante oculos ponat?“ Verum ubicunque de caede agat fabula nostra, unos liberos Orestem Electramque memorari reperimus qui occiderint, nusquam Pyladem. Sunt vv. quidem duo 1074. 1089 qui et ipsius facinus probare videantur; sed priusquam ad eos accedamus, quid ex reliqua fabula tota de hac re colligatur, deinceps perlustremus.

Primus audiendus est Tyndarus, quosnam accuset. Qui et graviter incusans filium ob impietatem (493—539) et minatus illud 613—17

[1]) Arnim, de prologorum Euripidis arte et interpolatione, diss. inaug. Greifswald 1882, pag. 85.

ἐπισείσω π
σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, λεύσιμον δοῦναι δ
μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἐπαξία,
ἢ τῇ τεκούσῃ σ' ἠγρίωσ', ἐς οὓς ἀεὶ
πέμπουσα μύθους ἐπὶ τὸ δυσμενέστ

duorum omnino peccantium partes, alterius q
derit, alterius qui sua manu interfecerit, tan
ut tertio adjutori eidem manu sua agenti n
supersit. Pari modo in judicio, cum unus
accusetur (886. 7) sed passim Electrae quoc
(945. 949) tamquam participis, Pyladis qu
neque nomen neque opera memoratur.

Deinde eius rei recordemur quae supr
prologi versum 33, qui Pyladi operis caeden
tribueret, et infra huic similem v. 406 in
utrumque. Hoc autem loco praeterea duo
sunt qui eandem indolem praebeant: 1535

σύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε τὸν τάδε ξυν

qui versus cum tota scaena illa e tragoedia
et 1224

Πυλάδη· σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ π

qui, etsi non de caede ipsa est, tamen propt
in numero horum versuum ponendus est; is
jam Hermanno (judicanti „si est Euripidis v
positus fuerit ante versum 1222") a Nauckio
nam *σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους* ad adh
δ' ὁπλιζώμεσθα ineptum argumentum est, in
dita solius metri complendi causa; quare om
situs esse videtur ut explicet, Orestem voce
se et Pyladem. Ceterum in codice Marcia
ante 1223 legitur, quod in dubio versu t
temporis testimonium quo damnetur valet; lo
codicem quendam fuisse demonstrat, in quo
tum deficiens adscriptus in margine fuerat, i
in alium locum inseri potuit. Quattuor igitu
dia versus simillimi 33. 406. 1535. 1224 on

---

[1]) Nauck, Euripideische Studien I. Petersburg

sunt[1]). Huc denique adjungamus 1235. 36, et ipsos de ea parte quam Pylades egerit dicentes

ΠΥ ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους.
ΗΛ ἐγὼ δ' ἐπενεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου,

ita enim inter Pyladem et Electram haec dicta olim distribuebantur et vulgo distribuuntur. Contra Weilius qui verba *ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους* Electrae, atque insequentem versum Pyladi tribueret, veterem et bonum ordinem restituisse videtur, quo a v. 1225 usque ad 1240 alternis vicibus locuti erant Orestes-Electra-Pylades. (Sed quod eadem verba *ἠψάμην ξίφους* in Electra fabula 1225 Electrae sunt, idcirco vix necessitas fuerit ut in nostra fabula eadem eiusdem essent). Verum ad consilium dandum et cunctationem adimendam, quod praestare Pylades quovis priore tempore poterat, non necesse est eum in ipso discrimine adfuisse: quare qui locus illud de Pylade affirmaret, huc usque repertus est a nobis nullus.

Venimus ad versus illos 1074 et 1089, quos Pyladis partem caedendi probare videri pag. 42 dicebamus.

σὺν σοί γε κοινῇ · ταὐτὰ καὶ πάσχειν με δεῖ: 1074

Hoc versu, quoniam ex locis nonnullis antea poetae consilium fuisse satis apparuit, ut in hac fabula caedis ipsius perpetrandae Pyladi partem non daret, res plane nova et aliena prolata esse non potest; neque quidquam novi re vera profertur. Nam voces illae *σὺν σοί γε κοινῇ*, etsi ex proximo versu notio necandi (*ἔκτανες* 1073) accedit, non id unum significant Pyladem vel juxta Orestem stetisse vel simul cum illo pugionem Clytaemestrae corpori infixisse: sed aliis modis multis caedes aliqua communiter a duobus amicis effici potest, de qua re infra ad v. 1089 plura tractabimus. Hoc autem loco respicias Pyladem vocibus *σὺν σοί γε κοινῇ* usum non accurate respondere dicto Orestis: *οὐκ ἔκτανες σὴν μητέρ', ὡς ἐγώ*: sane Pylades respondere non vult „at tecum communiter matrem meam necavi," quod ipsa verba significent si accurate respondeat; sed in communitatis notione Pylades perseverat, non in eis ipsis vocibus quas Orestes locutus est, atque

[1]) De eodem Pylade ex alio quodam metrorum complemento p. 31 videbamus confectum esse versum 1619 *σύ τ', ὦ φίλων μοι τῶν ἐμῶν σαφέστατε*, 1620 *Πυλάδη*.

dicit hoc „tecum quidem communiter“ sci
quamlibet similem notionem supplere prae
aequum sit facinus meum,“ quod optime
οὐ πρὸς τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ὀρέστου ἀπεκρίνατο.
ὅτι συνησέβησά σοι. Hac mente matri
qui consilium dederit, commune cum Oreste
(p. 44) inveniebamus. Quare versus 1074
fabulae partibus, consentire videtur.

Versum 1089 cum proximis duobus a

καὶ συγκατέκτανον γάρ, οὐκ ἀρνήσομ
καὶ πάντ' ἐβούλευσ', ὧν σὺ νῦν τίνε
καὶ ξυνθανεῖν οὖν δεῖ με σοὶ καὶ τ

Licet Pylades ipsa voce necandi hic utatu
non efficitur, ut manu propria sicarii neg
non hac sola ratione caedem plures homine
dici possunt. Profecto si Pylades ami
matrem occideret (id enim dicit 1090 ἐβού
τίνεις δίκας: matricidii causa ille multatus
particeps erat atque pars eiusdem tum vel
si juxta Orestem in re gerenda constitisse
de muliere agebatur, unius viri manus suf
huius modi auxilio (scil. de consilio c
συγκατέκτανον usurpetur, non mirabimur a
qui saepe lege illa τὸν δόντα ἀρχὴν αἴτιον
596 Apollinem qui jusserit neque Orestem
peccasse Euripides dicit; Hec. 266 H
Achillem, et alia multa; persimile loco no
illud Sophoclis Ant. 1319. 20

ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ἔκανον, ὦ μέ
ἐγώ, φάμ' ἔτυμον:

quod Creon dicit de Haemone, qui se ipse
condicione v. 1089 Pyladi dicere licet cu
necavisse. Quare ne hic quidem versus P
participem esse testatur, ut in ca
eum Argis adfuisse necesse sit.

Contra ex eodem loco colligimus qui
a Pylade de Clytaemestra interficienda s
silium ab eo esse datum, πάντ' ἐβούλευσα
locus cum reliqua tragoedia consentiens, im

σὺ γὰρ τά τ᾽ εἰς Αἴγισθον ἐξηῦρες κακὰ
καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί,
νῦν τ᾽ αὖ δίδως μοι πολεμίων τιμωρίαν.

Quibus versibus triplici modo Pylades bene de Oreste meritus esse dicitur 1) quod mala contra Aegisthum molienda invenerit 2) quod in summo periculo adfuerit Oresti 3) quod ulciscendi novissimi inimici nunc facultatem det; quorum meritorum illud *πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί* de eo periculo intellegendum esse puto, cuius testes ipsi spectatores erant v. 725 huius fabulae; numquam enim magis Orestes periclitatus est: sed haud scio an ex ipso v. 1159 item falso deductum sit, eo tempore Pyladem Oresti adfuisse, cum ille matrem interficeret. Quae Pyladis laudatio, cum taceat de caede perpetranda, declarat de caedendi opera, quam Pylades praebuerit in hac fabula cogitandum non esse. Simul nunc versus 1236 meminerimus qui Pyladis ori restitutus sit (v. p. 44): fierine casu potest, ut illo quoque loco opera Pyladis non nisi voce *ἐκέλευσα* nominetur? Immo prudens poeta illud dixerat; sed a posterioribus, quibus *ἡψάμην ξίφους* virum magis decere videbatur, personae commutatae sunt.

Loci igitur qui ad Pyladis operam spectant ad unum omnes ostendunt Euripidem in tragoedia nostra de Clytaemestrae caede consilii unius ineundi neque rei ipsius gerendae partem Pyladi tribuisse. Non autem absunt versus qui, falso intellecti, testari videantur eiusdem partem rei quoque gerendae, sc. vv. 1074, 1089, 1159. Quos versus re vera falso intellectos fuisse atque hoc errore interpolationes illas quae Pyladis partem caedendi subiciant explicandas esse jam suspicamur. — Simulatque Pylades adfuisse ipsi matricidio putatur, nemo adhuc perspiciet, qua ratione ille demum eo die Argos veniat quo populi comitia de Oreste damnando habentur; idcirco exoptata erit explicatio illa, Pyladem revenire a patre interea expulsum; sed implicata simul erunt omnia migrationum multitudine: quanto simplicius poeta finxisse videtur ab initio in Phocide illum remanere, cum solus amicus Argos proficiscatur, adesse autem, ubi, morbo affectus, domibus exclusus (vv. 46. 47) a civibus, periclitari coeperit amicus. Quae quidem narratio neglegentia omitti eo

facilius potuerit, quo usitatior altera i
dem comitem Orestis Argos sese conf

2. Quod modo suspicati sumus,
getur, si prius de Pyladis rebus, quc
sint in fabulis et hominum opinionibu
quam sero tempore fama percrebruisse
archaeologicarum Carolus Robertus
caede Aegisthi"; nostrum tantum er
fructum fabulae Orestis Euripideae co

Nam ab origine narrationes eae
tradebantur nil de Pylade quodam cc
testimonio sunt — ut de Homero (γ 1
dium quidem adgnoscit taceamus — et
nonnullae, quae Aegisthi et Clytaemes
(de quibus videas Robertum l. c.) et
diis inserta, in quibus eadem res cani
Or. 819—43, El. 1177—1232. Not
diverbiis tragoediarum est, quamquam a
admodum. Nam in Choephoris Aesch
Orestem, cum ille quem fabula antiqu
nobis deducenda est) comitem tulera
natu, qui puerum Orestem servaverat,
locum Pylades submissus; item in Ele
comitem se praebet Oresti (v. 82. 82
ille servatus sit, quem poeta fidum ap
tem Argis fingebat; utrumque comite
1373) et senem habet Sophoclea Elect
sonam senex obtinet. Neque tamen i
quoddam ingenium neque certa facta
officia praestat fortuita, quae omnes c
et quod amicitia eius laudatur verbis.
Taurica et Oreste res se habet: cernu
praesertim in Oreste, in qua vel optin
doctrina philosophorum definiebat, P
supra videbamus (p. 39. 41), cui sit c
communitas, qui rebus adversis amic

[1]) C Robert: Bild und Lied. Philol. U
und Wilamowitz V.

omnium rerum suarum abundantiam deserat et usque ad mortem amicitiam conservare malit. Ita si singulae fabulae comparantur, tamquam nascens Pyladis persona et in maius semper aucta cernitur: cuius cum in priscis illis rebus Oresti perpetiendis (in caede Aegisthi et matricidio) vix cognoscatur locus, in novis laboribus quos poetae inveniebant (veluti in Iphigenia ex Tauris reportanda, in Oreste curando ubi morbo affectus auxilio alieno indigebat, in eodem adjuvando ubi a propinquo Menelao erat derelictus) amicitia pulcherrima efflorescit, officia singularia abundant. Inde apparet quo modo de Pylade paulatim mythus quidam completus sit, ad quem formandum haud parvus nostrae fabulae usus fuisse videtur.

Cum autem Euripidi licuisset de Pylade famam variare, ut modo praesentem matricidio modo absentem fingeret hanc postumam in fabulis personam, postea ubi ex notissimis tragoediis in certam formam fama redacta est, non eadem libertas relicta erat, immo a pueris posteriores discebant et noverant Pyladem una cum Oreste matricidium perpetrasse. Accedebat quod eximiam in theatro gratiam persona optimi amici retinebat, quam postea Romam a Pacuvio translatam non desiisse laudari Cicero testatur (de am. VII. 24). Itaque Pyladis persona quamvis posthomerica et a tragoediarum scriptoribus ornata tamen notissimum quemque heroem quem poemata epica ferrent fama adaequavit. Atque ut nolumus hominibus quos venustos habemus quidquam gloriae adimatur, ita ubicunque rem gerat Orestes, ibi jam Pyladem ipsum quaerimus, ne eius memoria minuta videatur. Qua de causa non vulgus modo sed etiam doctos viros qui rebus mythologicis operam dabant, latuit recentiorem esse Pyladis gloriam: cuius auctoritate vel Welckeri Brunni alii frustrati in veterioribus explicandis imaginibus saepe figuram aliquam Pyladem nominabant, quam plerumque senem illum servum habendum esse Robertus probavit (testimonia deinceps quatuor videas l. c. pag. 150, 157, 159, 168).

Unde ut ad nostram fabulam revertamur, jam certum aestimamus eodem errore, quo viri nostrorum temporum potuerint, deceptos esse etiam veteres qui Orestem vel legerent vel in theatro spectarent. Sane ubi primum narrationis istius Pyladeae stabilitas est facta, ubique

desiderari Pylades coeptus est: quod in O
fiebat, quod inerant versus quidam (1074. 1
vulgatam illam narrationem memorare vid
autem in prologo aliisque locis multis suam p
explicavisset, tamen parvi erat negotii ut p
versibus loci illi vulgari arbitrio accommodaren
una res, sc. qui caede facta Pylades domum r
planabatur; altera, quae explanata erat, sc. q
profectus esset, et contradicebat verbis reliquae 1
nestabat Pyladis personam. Quare in hac fabu
mutavisse interpolatorem neve de suo in
dam res putemus — nam neque ullius homin
fuisset, ut liberet ei obscuriores et vitiosas r
neque umquam interpolatorum apertae fraude
adeo valuissent ut quae poeta docuerat omitter
saeculo obtemperabat noster, quod vide
Postquam vero vv. 33, 405. 6, alii, auditi sun
taculo alteram illam quam poeta fabulae v
paverat haud quisquam recognoscere potuit.
viri labori non contigisset, id neglegentia hom
one facile factum est. Ita in Oreste lacunas
debantur, ab interpolatore refertas esse censui

Quibus condicionibus et quem ad finem f
polationes quae de Pylade erant statuend
Quis interpolaverit, etsi ignoramus, tamen ha
non plane inutilem tangere liceat.

Nam harum quoque interpolationum auct
histrionem puto. Primum enim quis opinioni
favisset ut tragoediam quandam antiquam, se
huc in scaena, retractaret nisi illi, quorum m
ut aequalibus suis poemata placerent, histr
eosdem de industria vel minuere vel augere[1])
rum notum est: augeri vero Pyladis person
erat, quia poeta id unum agens ut amici spe
humanam fingeret parum eam ornaverat. Id
morigeravisse spectatoribus ille videbatur qui
que casus (respicias voces 763 *κἀμέ νυν ἐροῦ*

---

1) Shakespeare Hamlet III, 2. qui quidem de
scurrarum dicit.

serens de eo proferebat, quem tamquam hominem, nec solam speciem, diligere auditores ex aliis nimirum novis fabulis coeperant[1]). Quibus condimentis acerbitas illa quae ex migrationibus Pyladis sentiebatur lenienda erat. Quamobrem e scaenico usu interpolationes istas esse natas censui.

Appendix.

Haec de Orestis fabulae Euripideae retractatione dicturus eram. Quam si ab histrionibus retractatam esse his capitibus demonstratum est, jam subsistere hoc loco possumus. Non enim id agebam ut de fabula nostra interpolationes vel universas pertractarem, vel ipsas eas quae ab histrionibus factae sint omnes, non ignorans tale pensum, nisi ampliore volumine quam hoc, absolvi non posse. Qua de causa vel illas omisi, quas Weckleinius[2]) novas protulit, quamquam propter judiciorum consensum (l. c. pag. 517 „der grosse Umfang der Interpolationen mag also damit zusammenhängen, dass das Stück in der spätern Zeit noch häufig aufgeführt wurde") mentio illarum in promptu erat: quae, etsi recte magnam partem investigatae esse mihi videntur, tamen fieri non poterat ut in testimoniorum numero mihi afferrentur, quia parum Weckleinius singulas argumentis tutabatur; longum autem pro hac dissertatione erat interpolationes illas probare eis argumentis, quibus praeterea probari posse videntur.

---

1) E. g. fabula quam Pacuvius sequebatur, Cic. de am. VII. 24.
2) S. B. der k. bayr. Ak. 1896.

Index locorum.

Th
the L
stamp
A
beyon
Ple

CAN